

1188, desembre, 30

*Maria, abadessa de Sant Daniel, estableix a Pere Matfret i Boneta, esposos, un mas situat a la parròquia de Sant Martí Vell, indret de Palol, que havia tingut Gironès, per 9 sous d'entrada.*

ASD núm. 43, perg. orig., 135 x 152 mm. Regest: Llibre 21, núm. 22, p. 19.

Sit notum cunctis quoniam ego Maria, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa et Iohannes de Deo et omnis noster conuentus donamus tibi Petro Matfredi et coniugi tue Bonete et infantibus tuis omnique posteritati uestre ipsum nostrum mansum quem habemus in parrochia Sancti Martini U eteris, 1 in loco quem uocant Paladol, qui mansus fuit de Ierundense qui quondam defunctus est, cum omnibus suis pertinentiis et exitibus et regressibus et cum omnibus in se habentibus cum arboribus omnibus cuiuscumque generis ibi sint, preter quandam oliuariam que ibi est dominio de seniore; tali modo quod habeatis et teneatis dictum mansum cum omnibus rebus in se habentibus uos et omnis uestra posteritas que de uobis exierit perpetuo, et melioretis eum et edificetis et bene laboretis et donetis nobis et nostris de agrariis nostrum directum sicut mos est in ipso manso et pro censo annuatim .III. denarios et baiulo par .I. gallinarum et par .I. fogaèiarum et migeria .I. de uino et alios usaticos qui inde nobis exire debent in seruiciis uel in aliquo; et pro hac donacione accipimus a uobis .vnn. solidos, et maneatis ibi et habeatis uos et omnis uestra proienies cum omni uestro auer sine aliqua diminucione. Si quis hoc frangere uoluerit, in duplo componat.

Actum est hoc .rn. kalendas ianuarii anno Dominice Incarnationis .MCLXXXVIII.

Maria, Dei gratia abbatissa". (s. *man.*) Iohannes presbiter\*.

Sig+num Arnalli de Ualle demia. Sig+num Berengarii de Ginestadel.

Raimundus de Uinates rogatus scripsi cum litteris damnatis in .XI. linea, rasis et emendatis in .xl., die et anno quo su(s. *man.*)*pra.*

l. ms.: Ueti.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 137